

*Nikolaus V. an NvK. Um seinen Legationsauftrag besser umsetzen zu können, erteilt er ihm umfassende Sanktions- und Dispensvollmacht zur Vermittlung im Streit des Deutschen Ordens mit dem Preussischen Bund. Der Kardinal solle insbesondere dem Urteil Friedrichs III. in der Sache Geltung verschaffen. Er solle aber nichts tun, was als Präjudiz im Streit zwischen dem polnischen König und dem Deutschen Orden verstanden werden könnte, da diese Sache anderen Kardinälen anvertraut sei.*

*Or., Perg. (Bleibulle an Hanfschnur): BERNKASTEL-KUES, StA, U 32. Unter der Plika: Pe(trus) de Noxeto. Auf der Rückseite: Registrata apud me Pe(trum) de Noxeto.*

*Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 401 f. 476<sup>v</sup>-477<sup>v</sup>; (19. Jb.): BERLIN, Preuß. Geb. StA, XX HA OBA Nr. 13061 (beglaubigt 1833 April 16 durch M. Martini, Stiftsrektor von Kues).*

*Druck: M. Martini, Nachträge zu Sinnachers Geschichte der bischöflichen Kirche Säben und Brixen, enthaltend Urkunden, den Cardinal Nicolaus Cusanus betreffend, in: Theologische Quartalschrift 11 (1830) 171-179 und 792-811, hier 806-810; Maschke, NvK und der Deutsche Orden 19-21 Nr. 12; Kortenkamp, Urkunden 91f. Nr. 46; RTA XIX 2, 705 Nr. 21,3b (Auszüge).*

*Regest: Abert/Deeters, RG VI 448 Nr. 4407.*

*Erw.: Marx, Geschichte des Armen-Hospitals 38; Vansteenbergh, Le cardinal 223; Maschke, NvK und der Deutsche Orden 57; Meuthen, Die universalpolitischen Ideen 207; Helmuth, RTA XIX 2, 692f.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbytero cardinali apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Cum itaque te ad partes Prusie pro componenda pace inter dilectos filios magistrum et fratres hospitalis beate Marie Theotunicorum Jerosolimitani necnon communitates et nobiles partium Prusie calamitosis guerris mutuo dissidentes  
5 legatum a latere cum plenaria potestate decreverimus destinandum<sup>1</sup>), nos, ut eo salubrius in tue legationis officio proficere possis, et affectus nostri per tue operationis ministerium votivum contingant effectum, quo amplior tibi circa ea, que media et amminicula fuerint, huiusmodi procurande pacis facultas subministrat, tibi dissidentes ipsos ac eorum adherentes, quacunque ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, quibusvis modis, gratis et accomodis invicem concordandi et ad concordiam  
10 inducendi ac de quibusvis discordiis, differentiis, dissensionibus, guerris, actionibus et querelis et causis, quovis nomine nuncupentur, inter partes cognoscendi et eas decidendi, super illis quoque transigendi, tractandi, deliberandi et componendi treugas et indutias quaslibet perpetuas vel ad tempora, de quibus tibi videbitur, sub spe integre successive pacis duraturas indicendi et observari ac acceptari mandandi, pacem quoque et concordiam perpetuas inter partes sub penis, capitulis, modis, conditionibus et formis,  
15 penarum adiectionibus et obligationibus, promissionibus, renuntiationibus et solennitatibus, de quibus tibi visum fuerit, et prout inter partes easdem congruentius concordare poteris, firmandi, concludendi et ordinandi et si, quod absit, partes ipse vel earum aliqua pacis compositioni huiusmodi se submittere recusaret, eisdem partibus viam facti districtius inhibendi ac interdicendi et omnia, que post et contra sententiam carissimi in Christo filii nostri Friderici Romanorum imperatoris semper augusti in causa  
20 coram eo inter magistrum et fratres ac communitates et nobiles ventilata, latam<sup>2</sup>) per partes hincinde attemptata fuerant, in statum debitum restituendi et reintegrandi necnon singula, que circa premissa et prohibitionem adversus viam facti ac restitutionem in integrum huiusmodi statueris et decreveris, per te vel alium seu alios observari faciendi, contradictores et rebelles quoslibet per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendi, legitimis quoque super hiis habendis servatis  
25 processibus, illos aggravandi et reaggravandi, invocato etiam ad hoc, quotiens opus fuerit, auxilio brachii secularis nec non premissa omnia, etiam per edictum publicum locis affigendum publicis exequendi, omnia insuper et singula, quocunque aut quibuscunque vocentur nominibus, etiam si iuramentorum interpositionibus, promissionibus et pactis aut penarum adiectionibus, qualitercunque vallate sint, premissorum executioni contraria dissolvendi, annullandi, tollendi et irritandi ac iuramenta et penas  
30 huiusmodi relaxandi necnon omnes et singulos, qui occasione guerrarum huiusmodi ex incendiis, sacrilegiis, ecclesiarum effractionibus et demolitionibus ac homicidiis etiam ecclesiasticarum personarum, quascunque censuras et penas a iure vel ab homine latas quomodolibet incurrerint, ab eisdem censuris et penis congruis, de quibus tibi videbitur, satisfactionibus seu super illis prestandis cautionibus previis, prout id pro huiusmodi pacis successu oportunitatem prospexeris, absolvendi omnemque ratione cuiusvis  
35 periurii seu alias premissorum occasione contractam infamie maculam sive notam penitus abolendi,

inobedientes quoque et rebelles, ecclesiarum effractores huiusmodi ac alios omnes et singulos censuras et penas, quas premissorum occasione quomodocunque incurrerunt, incidisse declarandi aliaque omnia et singula faciendi, ordinandi et disponendi, que in premissis et circa ea quomodolibet videris expedire non obstantibus, si quibusvis ex dictis partibus ac earum adherentibus a sede apostolica vel alias sit indultum, quod suspendi vel excommunicari aut ipsi aut eorum loca interdici non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et de quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, gratiis et indulgentiis ipsis in genere vel in specie sub quacumque verborum expressione concessis, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta huiusmodi tue facultatis executio et per eam tibi concessa iurisdictionis explicatio impediri valeat quomodolibet vel differri, que quoad hoc nolumus alicui aliquatenus suffragari. 40 45

Per hoc tamen non intendimus neque volumus, quod circa ea, que tangunt carissimum in Christo filium nostrum regem Polonie<sup>3)</sup> aut dominia sua, inter quem ac magistrum et ordinem prefatos causam dilectis filiis nostris Metensi<sup>4)</sup> et sancti Angeli<sup>5)</sup> cardinalibus commisimus iudicialiter terminandam, quicquam in sui preiudicium innovare possis aut quomodolibet attemptare.<sup>6)</sup> Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto 50 kalendas septembris pontificatus nostri anno octavo.

De curia

L(udovicus) de Narnia

---

1) S.o. Nr. 4094.

2) Zum Urteil Friedrichs III. vom 1. Dezember 1453 zugunsten des Deutschen Ordens s.o. Nr. 3759 Anm. 2.

3) Kasimir Andreas IV., Kg. von Polen; s. RTA XIX 3, 958 s.v.

4) Guillaume Hugues d'Étaing († 1455), Kard. von Metz; vgl. H. Müller, Vom Konzil zur Kurie. Eine kirchliche Karriere im 15. Jahrhundert. Guillaume Hugues d'Étaing, Archidiakon von Metz und Kardinal von Santa Sabina († 1455), in: ZKG 110 (1999) 25-52; RTA XIX 2, 692.

5) Juan de Carvajal.

6) Wie aus dem Bericht des Deutschordensprokurators in Rom Jodocus Hogenstein über die Verhandlungen im Vorfeld der Legation hervorgeht, beruhte diese Einschränkung der Legationsgewalt auf der Intervention des polnischen Gesandten Jan Lutek von Brzezie an der Kurie, der sich massiv gegen die Ernennung des offenkundig parteiischen NvK gewehrt hatte; s.u. Nr. 4096. Damit wurde der ursprüngliche Sinn der Legation, nämlich eine Beendigung des polnischen Angriffes und die Rückgabe des besetzten Ordenslandes, von vornherein konterkariert. Da der Orden in der Folgezeit kein Interesse mehr an der Legation zeigte, trat NvK die Reise nach Preußen nicht an; s.u. Nr. 4096 Z. 41. Vgl. auch den Ratschlag des Enea Silvio Piccolomini an NvK, dem Fürstentag zu Breslau (s. Nr. 4096 Anm. 4) besser fernzubleiben; Nr. 4142 Z. 44-48.